

volo, qu[o] | (15) facilius munus meum perpetuum conservare possint | neque in alios usus usuras quas ita a re p. acceperint tra[ferri] volo quam si necesse fuerit in pastinationem. | Vineam quoq. cum parte fundi Pompeiani sic ut supra dixi hoc amplius Augustalibus loci n̄. dar[et] | (20) volo. Quam vineam vobis, Augustales, idcirco dari | volo quae est Aminea⁷, ut si cogitationi meae, qua pro[spexisse] me utilitatibus vestris credo, consenseritis, | vinum usibus vestris, dumtaxat cum publice epulas ex[ercebitis], habere possitis. Hoc autem nomine relevati in[-(25)pendis] facilius prosilituri hi qui ad munus Augustalit[a]tis compellentur. — Locatio vineae partis Pompeiani vin[e]am colere poterint⁸. Haec ita ut cavi fieri praestariqu[e] | volo. Hoc amplius ab heredibus meis volo praestar[et] | rei p. Petelinorum et a re p. Petelinorum corpori Au[-(30)gustalium] ex praedis ceteris meis palum ridica[m] | omnibus annis sufficiens pedaturae vineae | quam Augustalibus legavi.

(In latere sinistro) [A v]obis autem, Augustales, peto hanc voluntatem | meam ratam habeatis et ut perpetua forma obser[vetis] curae vestrae mandetis. Quo facilius autem | nota sit corpori vestro haec erga vos voluntatem⁹, | totum loco¹⁰ kaput quod ad vestrum honorem perti[net].

Peteliae (Strongoli) Bruttiorum (X 114 contulit Mommsen ectypum). — 1) Sic (non Meconio) exempla antiquiora pleraque. — 2) Cf. N. 6468 not. 4. — 3) Haec basis ab Augustalibus posita videtur antiquior esse quam N. 6468, scilicet posita ante quattuorviratum quinquennalem a Leone susceptum. Caput ex testamento post mortem demum Leonis adiectum apparet. — 4) Inserere in usum (Momms.). — 5) Munera seviratus etiam in t. Barcinonensi II 4514 (infra N. 6957). — 6) Scr. usuras semisses. — 7) Sc. cuius vites erant Amineae. — 8) Capitulis de locatione prima tantum et postrema verba videtur esse relata (Momms.). — 9) Scr. voluntas. — 10) Locare kaput se dicit, id est lapidi ut incidatur se curare (Momms.).

6470 Luciliae C. f. Isauricae¹ | municipes Petelini | ex aere conlato, | in cuius memoriam | Megonius Leo | rei p. HS C̄ m̄. n̄. | legavit.

6471 Caediciae L. f. | Iridi | municipes ex | aere conlato | ob merita Mego[ni] Leonis filii eius, | in cuius memori[am] Leo rei p. HS C̄ | m̄. n̄. | legavit.

Peteliae (Strongoli) rep. (Eph. ep. 8, 260. 261 Ihm vidit ectypa). — 1) Uxor videtur fuisse Megonii Leonis.

6472 .. Tuccio M. f. Fab. Ceri[al]i | [e]xornato eq. pub. a sacratissimo principe Hadriano Aug., | patrono municipi, IIIIvir., | aed., item aedili Brundisi, M. Tuccius Augazo | optimo ac piissimo filio, ob cuius | memoriam promisit municipib. Rudin.¹ | HS LXXX n̄., ut ex reditu eorum die natalis | filii sui omnibus annis viscerationis | nomine dividatur decur. sing. HS XX n̄., Augustalibus HS XII n̄., Mercurialib.² HS X n̄., | item populo viritim HS VIII n̄. | L. d. d. d.

Rugge, ubi fuerunt Rudiae, rep. (IX 23 vidit Mommsen). — 1) De Rudiiis cf. Mommsen C. I. L. IX p. 6. — 2) Nota Mercuriales diversos ab Augustales.